



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 45. Epistola S. Irenæi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

munione separatas declarat, aliis quidem Sæculum II.
A. C. 196.
Episcopis hunc fervorem non probanti-
bus, sed vehementer hortantibus, ut pa-
cem, & charitatem conservaret. Multi
ad eum dederunt Epistolas, quos inter
S. Irenæus fratrum nomine, quibus in
Galliis præerat, scripsit; & defendit,
Mysterium quidem Resurrectionis Salva-
toris nostri, non alia die quam Dominica
esse celebrandum, ideo autem tantum
Ecclesiarum numerum, quod mori suo
antiquo inhærent, ab universalis Ec-
clesiæ corpore non esse rescindendum.
Inter alia hæc leguntur Irenæi verba:

§. XLV.

Epistola S. Irenæi.

*Hæc controversia non solum ad diem Pa-
schatis, sed etiam jejunandi modum
spectat; aliqui enim uno tantum die sibi
jejunandum credunt, alii duobus, alii plu-
ribus, quidam quadraginta horas diei no-
ctisque jejunando numerant. Valde pro-
babile est, S. Irenæum hic solummodo
de jejunio majoris hebdomadæ loqui,
quod inter alia erat rigidissimum. Ita
ut saltem uno die, puta Parasceve, ab
omni alimento abstinerent. Tum per-
git: Hæc diversitas non nostris tempori-
bus exorta, sed multo ante sub Prædeces-
soribus*

Sæculum II.
A. C. 196.

foribus nostris, qui non satis caute egisse videntur, dum ritus per simplicitatem, & ignorantiam introductos servarunt; at in unitate pacis manserunt, & nos manemus; sic jejuniorum diversitas unitatem fidei confirmat.

S. Irenæus ulterius ad Victorem in hunc modum prosequitur: *Presbyteri, qui ante Sotere Ecclesiam, cui hodie præsides, gubernarunt, nempe Anicetus, Pius, Hyginus, Telesphorus, Sixtus illum morem non servarunt, nec a suis servari permiserunt, si qui autem ad se venissent, ex illis Ecclesiis, ubi servari consueverat, quamvis inter præsentis rituum diversitas magis elucesceret, pacem nihilo minus tenuerunt, & nemo unquam propter hunc morem Ecclesia ejectus legitur; imò Prædecessores tui, moris sui tenaces, tamen fratribus aliarum Ecclesiarum, contrarium morem servantibus Eucharistiam miserunt.* Huc usque S. Irenæus, qui deinde ea, quæ inter S. Polycarpum, & S. Anicetum Papam contigere, enarrat. Hæc Epistola illius Synodi decretalis fuisse creditur, quam S. Irenæus in Galliis hac super materia convocaverat; scripsit etiam de hac quæstione ad plures alios Episcopos, pacem inter Ecclesias servare conatus.

At

At Victori Papæ tanti rigoris causæ ^{Sæculum II.}
 aliæ, & suis Prædecessoribus incognitæ ^{A. C. 197.}
 esse poterant; quippe Blastus Ecclesiæ
 Romanæ Presbyter hanc servandi Pa-
 schatis diversitatem pro sui schismatis
 fundamento posuerat; hinc ultra diffi-
 mulari, aut tolerari posse non videba-
 tur. (*) Hæc tamen in Asia, & Orien-
 te aliquibus adhuc sæculis duravit dis-
 cordia. Victor Papa paulo post morta-
 litatem exuit, anno JESU Christi cente-
 simo nonagesimo septimo, cui successit ^{An. 197.}
 Zephyrinus. Anno sequenti centesimo ^{Zephyrinus}
 octogesimo octavo Imperator Severus, ^{Papa.}
 devictis duobus æmulis Nigro, & Albi-
 no, Romam venit, ubi filium primogeni-
 tum Bassianum, Antonini nomine decora-
 tum, secum Imperatorem proclamat, al-
 terum, nomine Getam, Cæsarem salu-
 tat. Hoc anno Imperii ejus sexto sa-
 cto.

Spart. seu.
c. 12.
Herod. l. 3.
cap. 9.

§. XLVI.

(*) Ex his Fleurii verbis patet, ipsi nun-
 quam in mentem venisse, sicut Anonymus II.
 somniat, ut Summo Pontifici jurisdictionem
 adimat, etiam plurimas Ecclesias excommuni-
 candi; in eo autem Fleurius excusari non po-
 test, quod ea, quam SS. Pontificibus debet,
 Reverentia non loquatur, si forte sua opinione
 aliquis Papa sacrum hoc fulmen absque ne-
 cessitate intorsit.